



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

XV. Peccata Mortalia coniugum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

## C A P V T X V.

*De Peccatis mortalibus coniugum.*

67. **Q**uoniam peccata graui possint committi, quando Matrimonium contrahitur? Requisita intentione, seu necessario consensu carui: debitum finem grauitei inique non intendi: impedimenta tam dirimentia, quam impeditentia neglexi: sine Ordinarij dispensatione denunciationes pretermisi: tempore prohibito graui scandalo oborto nuptiales benedictiones accepi: Sacramentum Matrimonij accepi peccato lethali pressus; vel non confessus, vel saltem non curans contritionis actum elicere toties.

68. Quenam autem crima lethalia in usu Matrimonij committuntur? Contra naturam habui copulam vel vas immutans, vel extra vas profundens: situm mutavi cum evidenti profusionis feminis periculo: accessi ad coniugem amissæ affectu: cogitavi me cum extranea tunc copulam inire aut nupta, aut soluta, &c. Rem habui cum fœmina graui abortus periculo: debitum abnegavi, causa minime iusta intercedente: adulteræ debitum solui, cum ideo à crimine non se expediret: adulterium dissimulaui vxoris, aut consensum expressum exhibui: domicilium commune fugi, à thorōque sine coniugis consensu recessi. Sacro in loco, abstracto periculo continentia coniugali commissione operam dedi: ob contemptum dici Communionis mei coniugis copulam iniij: pollutionis periculo impudicis tactibus vacau: sponsus de futuro osculis & amplexibus indulsi cum periculo pollutionis, aut desiderio, ad copulam tam illicitam procedendi toties.

TRA